



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Cibus Electvs Sive Instrvctiones Sanctae De vita sanctè
traducenda& inter pios sanctósque affectus concludenda**

Elffen, Nicolas

Coloniae, 1667

Admonitio ad Theophilum Christianum Sapientiam loquimur inter
perfectos. 1. Cor. 2. v. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55232)

ADMONITIO ad Theophilum Christianum Sapientiam loquimur inter perfectos.

1. Cor. 2. v. 6.

GRavis error ac deceptio eorum hominum
est, qui *paſſim* jactitant, nolle se incedere
nisi via communi, nec aspirare se velle ad
coronas & merita Sanctorum illustrium, sed sa-
tis sibi esse modo salvi fiant & vel in ultimo Cœ-
li angulo deliteſcāt, Ignavus enim verò animus,
& qui longè absit, à sapientia illa Sanctorum,
quam inter Perfectos loquebatur Apoſto-
lus, & ab inflammato illo eximia ſanctitatis de-
ſiderio, quo & ipse Paulus ardebat, & quod pri-
mis ſuis Christianis inspirare conabatur inqui-
ens: Non quòd jam acceperim aut jam per-
fectus ſim: ſequor autem ſi quomodo com-
prehendam, in quo & comprehenſus ſum à
Christo Jeſu. Fratres, ego me non arbitror
comprehendiſſe. Unum autem, quæ qui-
dem retro ſunt oblivifcens, ad ea verò quæ
ſunt priora extendens meipſum ad deſtinā-
tum perſequor, ad bravium ſupernæ voca-
tionis, Dei in Christe Jeſu. Quicumque ergo
perfecti ſumus, hoc ſentiamus. *Philip 3. v. 12.*
*Tu Christiane, Theophile audi monentem Apoſto-
lum, imò audi Christum ipſum hoſce tibi ſtimu-
los addentem: Eſtote ergo vos perfecti ſicut
Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Matt. 5. v.
48. Viam porrò perfectionis tibi præſens libellus
aperit.*

aperit

aperiet, cuius documentis spiritualibus, tu tanto magis fidere poteris, quod fide sincerâ proteſter ea eſſe conformia illis, quæ Magni Magiſtri Spiritus, è Benedictinis quidem Ludovicus Bloſius, è Carthuſianis Ioannes Lanſpergius, è Prædicatoribus Ludovicus Granatensis, è Franciſcanis D. Franciſcus ipſe, è Carmelitis Ioannes à Jeſu, è Societate noſtrâ Alphoñſus Rodericius, Franciſcus Arias, Iacobus Alvarez, Nicolaus Lançicius, ſuis in operibus tradidere. Sint ergo tibi inſtructiones hæc breves tanquam Cibus electus qui cor tuum dilateſ ac corroboret, ut currere valeas viam mandatorum Domini.



INDEX

CIBI ELECTI.

PARS PRIMA.

De binis medijs ad confequendam perfectionem valde efficacibus.

INSTRUCTIO I.

De examine particulari.

INSTRUCTIO II.

Ars meditandi, unâ cum ſeptem meditationibus pro ſeptem diebus hebdomada.

A 3

PARS